

**CONSELLO DA CULTURA GALEGA
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA**

24

1183, xullo, 8. Benavente.

Traslado feito polo notario Pedro Novo dun privilexio do rei don Fernando II de León, polo que lles devolve á Catedral de Mondoñedo e ó seu bispo don Rabinato a igrexa de Santiago de Vigo, Santa María de Vilaselán e San Xoán de Piñeira, das que foran desposuídos enganosamente os bispos mindonienses, so pretexto dun cambio con outras herdades pertencentes ó patrimonio real.

B¹, perg. de 390 x 385 mm. Letra carolinixia.

B², perg. realizado polo notario Fernán Fernández, de 260 x 355 mm.

C, papel.

Ed.: FLOREZ, vol. XVIII, pp. 358-360.

(Crismón). In nomine Sancte e individue Trinitatis que a fidelibus colitur et adoratur. Plerumque obliuionis inquomodam sentimus cum ea que facimus per negligentiam scripto non commendamus. Ea / propter ego Fernandus Dei gratia rex legionensis una cum filio meo rege domno Alfonso facio paginam et scriptum firmissimum im perpetuum ualitatum uobis domno Rabinato / Dei gratia mindoniensis sedis episcopo et ecclesie uestre et successoribus uestris de illis ecclesiis que sunt in litore maris uidelicet in Rippa Heuuue quas dolo et fraudu/lenter et quas per concambium a uobis et ab ecclesia uestra subtraxerat dando uobis meas hereditates et quod suum non erat. Nunc uero quia meum est quoslibet in / meo regno constitutos et maxime loca sancta et episcopalia iura in sua iusticia conseruare et que perperam facta sunt in iure cohercere hereditates meas reci/pio quas uobis in concambium dolose dederam et uos et ecclesia \uestra/ in ecclesias illas et hereditates introduco et informo scilicet in sanctum Iacobum de Uigo et in sanctam Mariam de Villa/selam et in sanctum Iohannem de Pinneyra cum omnibus hereditatibus et pertinenciis quas ab antiquo mindoniensis ecclesia habuit et possedit. Adicio etiam quod quicumque homines habitato/res fuerint in illa hereditate sancti Iacobi de Uigo et secure uendant et conparent et habeant burgensem sicut et alii uicini sui forum et cautum quod eis concesi. Do igitur et concedo uobis et sedi uestre ob remedium anime mee et parentum meorum uocem regalem et cariterium super omnes homines qui fuerint popullatores in toto territorio quod / ad ecclesiam sancti Iacobi de Uigo noscitur pertinere scilicet cautando uobis ecclesiam illam per illa canal quomodo discurrit per illum uallatum antiquum usque ad portum Iuliani / quidquid ergo infra huius cauti ambitu contentum fuerit quod ad uocem regiam pertineat tam in portaticis quam in naualibus tam in pedagiis quam in calunpiis seu in omnibus / regalibus directuris totum deinceps libere et quiete sedeat ecclesia uestra habeat et possideat euo perenni medietatem uero alterius uille iam populate que est hereditas / mea uendo uobis et sedi uestre per mille morabetinis legitimis auro pondere et cunio ut sit ab illo canali sicut cautatum est usque ad portum Iuliani sine aliquo cunsorte donatione mea possideatis et totius alterius uille medietatem per iam dictam comparationem in perpetuum habeatis. Hanc autem donationem et cautionen / facio ob amorem Dei omnipotentis et ob spem future retributionis ut nemini hominum liceat contra uoluntatem uestran intra cautum illud intrare aut inde aliquod uiolenter / extrahere non principi non maiorino neque sagioni non alicui potenti uel inpotenti nobili aut inobili sed omnia infra predictum terminum contenta secura et illi/bata permaneant. Si quis igitur contra hoc meum factum spontaneum tam de meo genere quam de alio ad irrunpendum seu irritandum uenerit iram Dei omnipotentis / et regiam indinationem incurrat cum Simone Mago et Nerone et cum Iuda Domini traditore penas luat in eterna dannatione et quod inuaserit in quadruplum restituat et parti regie iii milia morabetinos in pena conponat et hoc meum factum semper maneat firmum. Facta carta apud Beneuentum sub Era m^a cc^a xxi^a mense iulio et quotum viii idus. Regnante rege domno Fernando in Legione Galecia Asturiis et Extrematura. Ego rex dominus Fernandus una / cum filio meo rege domno Alfonso hanc cartam quam fieri iussi propriis manibus roboro et confirmo (

Signo rodado, co león no centro, no que se le: Signum Fernandi regis Hispaniarum).

(1^a col.):

Petrus sancte compostellane ecclesie archiepiscopus confirmat
Rodericus ouetensis episcopus confirmat
Malricus legionensis episcopus confirmat
Fernandus astoricensis episcopus confirmat
Rodericus lucensis episcopus confirmat
Rabinatus mindoniensis episcopus confirmat
Alfonsus auriensis episcopus confirmat
Beltrandus tudensis episcopus confirmat.

(2^a col.):

W. zamorensis episcopus confirmat
Vitalis salamantinus espiscopus confirmat
Petrus ciuitatensis episcopus confirmat
Arnaldus cauriensis episcopus confirmat

(3^a col.):

Ermegot comes urgellensis domni regis maiordomus
Fernandus Roderici castellanus dominans in Asturiis
Gomes Comes in Trastamar
Fernandus Poncii comes in Limia
Alfonsus Ramirit comes in Berizo
Rodericus Roderici dominans en Montenigo
Froila Ramiriz signifer regis
Pelagius Tabladello notarius

(Parte inferior):

Eu Pedro Nouo notario publico jurado del Rey enno conzello de Villaalua ui un priuilegio do qual en minna presenza fiz / tirar este traslado cunprido de ueruo a ueruo et in testemoyo de uerdade fiz en el minna littera et escreui meu nome et este meu signo (*Signo*).

(Reverso):

M v. n° 49. B x lv Transcriptum priuilegii de Ripaheuui et de ecclesia de Villaselay.